FRANCKESCHE
STIFTUNGEN

Franckesche Stiftungen zu Halle

Oeconomiae Salutis Epitome Isagogica

Lange, Joachim

Halae Magdeburgicae, MDCCXXX.

VD18 13487469

Membrum IX. De Salutis Consortibus.

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-211558

Visual Library

MEMBRUM IX.
DE SALUTIS CONSORTIBUS.
ARTICULUS I.
DE ECCLESIA.

Sedes doctrinæ: Gen. XII, 3. Matth. XIII. XVI, 18. Act. XX, 28. Eph. I, 22. 23. V. 23. ſeqq. 1 Tim. III, 15. &c.

Definitio: Eccleſia chriſtiana eſt ſocietas, cujus corpus ſub capite Jeſu Chriſto, per legitimum verbi & ſacramentorum uſum in fide ac caritate conglutinatur.

I. CAPUT eccleſiæ eſt Jeſus Chriſtus: qui caput *monadicum, homogeneum & myſticum.*

II. CORPUS, omnes fideles, olim adumbratum per tabernaculum & templum.

III. FORMA, quæ conſiſtit in unione & communione fidelium cum Chriſto & inter ſe.

IV. DISTINCTIONES: eccleſia eſt
- Univerſalis, vel particularis.
- Vera vel falſa, ſeu apoſtatica.
- Viſibilis, vel inviſibilis.
- Synthetica, vel repræſentativa.
- Militans, vel triumphans.

V. NOTÆ, quæ, conjunctim ſumendæ ſunt
- Pura verbi prædicatio
- Integra ſacramentorum adminiſtratio.
- Libertas conſcientiæ, papali jugo oppoſita.

VI. AFFECTIONES: ſecundum quas eccleſia eſt una, perpetua, ſancta, catholica, apoſtolica, afflicta.

VII. MALA, ſcandala doctrinæ & vitæ, quibus mederi debebat *diſciplina.*

VIII. HOSTIS maximus antichriſtus, a meretrice Babylonica diſtinctus.

IX. USUS, inprimis elencticus adverſus Pontificios.

p. 451-458

M. IX.

M. IX. ARTICULUS II.

DE

MAGISTRATU POLITICO.

Sedes doctrinæ: 2 Chron. XIX, 5. ſeqq. Dan. II, 21. Rom. XIII, 1. ſeqq. 1 Tim. II, 2. 3. Tit. III, 1. 1 Pet. II, 13. 14. 17.

Definitio: Magiſtratus eſt officium civile publicum, a Deo ordinatum, ad ſocietatem civilem ordinate & pacate regendam ac tuendam.

I. CONSTITUTIO magiſtratus: quæ ad Deum, ipſius juris naturæ & boni ordinis auctorem, referenda. Rom. XIII, 1.

II. MODUS ad magiſtratum perveniendi: qui fit vel per *electionem*, vel per *ſucceſſionem*, vel per *occupationem*.

III. NORMA: *jus naturæ*, ſcriptura ſacra declaratum, & in eo ſpeciatim regula: *quod tibi velles fieri, id etiam aliis facito*. Matth. VII, 12.

IV. OFFICIUM: quod eſt
- *Patrium*, poſitum in *amore*.
- *Legislatorium*, in legislatione & rectione.
- *Judiciarium*, in juſtitiæ adminiſtratione: quo pertinet jus gladii & belli, ſed limitatum. Rom. XIII.

V. JUS CIRCA SACRA, eaque *externa*: ubi bonus princeps habet, quod agat: & quidem nec *parum*, nec *nimium*: hoc eſt, ita, ut nec conſcientiæ laqueos injiciat; nec ſcandala graviora impune graſſari ſinat.

VI. SUBDITI: qui ſunt homines omnium ordinum: atque ita etiam ſic dicti *clerici*. Rom. XIII, 1. In rebus vero, quæ conſcientiæ repugnant, *Deo magis obediendum eſt, quam hominibus* Act. IV, 19. V, 29.

VII. USUS, inprimis elencticus adverſus clerum papalem. p. 451-462.

16. 17. Ioh. XIX. 11. Deut. XVII. 14. sqq.

i. e. per ius belli. Rom. XIII. 1.

[illegible], ubi fieri poterat.

~~XVII~~ X. 1. 16. 17. sqq.

I. α) sc: creatione et adductione
a) continetur arcta obligatio inter maritum et uxorem
et forma coniugii unitas carnis. quod dictum Dei
esse vid. Matth. 19. 5.

II. β) ubi hoc ordine est fa. satisfaciendum 1. Tim Cor. VII. 2.

III. γ) ubi quis ad consentiendum et finem coniugii aptus.
δ. i. e. in lege concessa ob gradus consanguinitatis. Levit. XVIII.
ε) Post matrimonium initum difformitas religionis orta non
tollit matrimonium 1. Cor. VII. 12.

IV. Ex consensu et parentum et contrahentium Exod. 22. 16. 17.
Deut. VII. 3.
n) excipiuntur casus adulterii et malitiosæ desertionis Matth. XIX. 9.
Rom. VII. 2. 3. 1. Cor. VII. 39.
ϑ) Benedictio sacerdotalis ordinis caussa et quia est sanctum foe-
dus, accedit, quia coniugium christianum semen Dei debet
procreare.

VI. ι) ita ut maritus tam pie et ardenter uxorem complectatur
ac Xstus ecclesiam, et uxor in marito christum caput eccle-
siæ vereatur.

VII. κ) huc pertinet Ephes. VI. 1 sqq. Col III. 20 sqq. c. IV. 1. 1. Tim. VI. 1. 2
Tit. II. 9. 1. Pet. II. 18.

IX. Vid: dignitas matrimonii petenda ex statu integritatis et imagine coniugii mystici, it: de vera correctione post lapsum.
Vid. ad studium sancti seminis quærendi.
Paraclet.

M. IX. ARTICULUS III.
DE
CONJUGIO.

Sedes doctrinæ: Gen. II, 18. ſeqq. Mal. II, 14. Matth. XIX, 3. ſeqq. 1 Cor. VII. Eph. V, 22. ſeqq. Hebr. XIII, 4. 1. Pet. III, 1-7.

Definitio: Conjugium eſt fœdus unius maris & unius fœminæ indiſſolubile, divinitus inſtitutum, ad generationem prolis & mutuum vitæ adjutorium.

I. INSTITUTIO: Gen. II, 21-24. ubi hujus loci
- 1. *Senſus genuinus* in Dei facto & dicto.
- 2. *Ejus declaratio* & applicatio, facta
  - ab *ipſo Chriſto* Matth. XIX, 3. ſeqq.
  - *a Paulo*. 1 Cor. VII inprimis v. 39. coll. Rom. VII, 2. 3.

II. CAUSSA IMPULSIVA: eaque
- *interna:* naturalis propenſio.
- *externa*, utriusque ſexus indigentia.

III. PERSONÆ CONTRAHENTES, *mas* & *fœmina:* ubi
- 1. *Definita unitas*, inſtitutioni & ſcopo conformis.
- 2. *Juſta ætas*, conſilii capax.
- 3. *Legitima habilitas*, a gradibus prohibitis aliena.
- 4. *Religionis conformitas*, ſed limitata.

IV. FORMA: quæ fœderalis: ubi in conjugio
- *contrahendo* conſenſus.
- *contracto* vinculum indiſſolubile.

V. OFFICIA CONJUGUM: quæ ſunt
- *communia* utrique, amor, fidelitas &
- *propria*, partim mariti, partim uxoris Col. III, 18. 19.

VI. FUNDAMENTUM & ORDO *ſanctificationis* in reſpectu & uſu connubii myſtici cum Chriſto.

VII. ADJUNCTIM, ſocietas patria & herilis.

VIII. OPPOSITUM, in *polygamia* & *divortiorum licentia* ac *concubinatu*.

IX. USUS, inprimis elencticus adverſus *cœlibatum clericorum* in papatu. p. 463-469

MEM-